



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 De his quæ pertinent ad pœnam & gloriam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

tale. Ex conscientia autem obligatur aliquis ad peccatum siue habeat certam fidem de contratio eius quod agit, siue etiam habeat opinionem cum aliqua dubitatione. Illud autem quod agitur contra legem, semper est malum, nec excusatur per hoc quod est secundum conscientiam, & similiter quod est contra conscientiam, est malum, quamuis non sit contra legem: quod autem nec conscientiam, nec contra legem est, non potest esse peccatum. Dicendum est ergo, quod quidam sunt opiniones contrariae de eodem, oportet esse alteram veram, & alteram fallam. Aut ergo ille qui facit contra opinionem magistrorum, utpote habendo plures praevidendas, facit contra veram opinionem, & sic cum faciat contra legem Dei, non excusatur a peccato, quamuis non faciat contra conscientiam, si contra legem Dei facit. Aut illa opinio non est vera, sed magis contraria quam iste sequitur, ita quod uerelicer habere plures praevidendas & tunc distinguendum est, quia aut talis habet conscientiam de contrario, & sic ita peccat contra conscientiam faciens, quibus non contra legem, aut non habet conscientiam de contrario, sed certitudinem, sed tamen in quadam dubitatione inducit ex contrarietate opinionum, & sic si manente tali dubitatione plures praevidendas habet, periculo se committit, & sic proculdubio peccat utpote magis amans beneficium temporale quam propriam salutem. Aut ex contrariis opinionibus in nulla dubitatione adducitur, & sic non committit se discrimini, nec peccat.

¶ Unde patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum omne mendacium sit peccatum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod non omne mendacium sit peccatum. Maius enim peccatum est homicidium quam mendacium: sed homicidium potest licite fieri, ut cum iudex occidit latronem. ergo & mendacium.

¶ **2^o Pr.** In sacra scriptura quidam laudantur, qui tamen menti esse intelliguntur, ut obsterices, iacob, & iudith. ergo mendacium non est peccatum.

SED CONTRA est, quod Aug. determinat in lib. de mendacio.

RESPON. Dicendum, quod quandoque aliquis actus habet aliquam inordinationem inseparabiliter annexam, nunquam potest beneficiari ipsa inordinatio est aliquid superfluum, vel diminutum, & ita non potest in tali actu medium accipi, in quo virtus consistit, ut patet per philosophum in 6. ethi. huiusmodi autem actus est mendacium. Ad hoc enim inuenta sunt verba, vel voces, ut sint signa intellectuum ut dicitur in primo perier. & ideo quando aliquis uocem enuntiat, quod non habet in mente, quod importatur in nomine mendacii, est ibi inordinatio per abusum uocis, & ideo concedimus quod mendacium semper est peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homicidium semper est peccatum, quia inordinationem habet inseparabiliter annexam, homicidium. n. plus importat quam occisio hominis. Composita enim nomina frequenter plus important quam composita. Importat enim homicidium occisionem hominis indubitam, & ideo homicidium nunquam est licitum quamuis occidere hominem aliquando liceat.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Aug. dicit lib. de mendacio, & hatur in glup illud ps. Perdes oes qui loquuntur mendacium, dicitur aliquis laudatur in scriptura. Quidam propter perfectum statum uirtutis, & horum fa-

cta proponuntur omnibus in exemplum, & de talibus non legitur quod mentiti sint, vel si aliqua dixerunt, quae mendacia uidentur secundum intentionem quam ex instinctu Spiritus sancti conceperunt, mendacia non sunt. Quidam uero laudantur propter uirtutis indolem, & sic in aliquibus mendacium fuisse legitur maxime officiosum, sicut patet de obstericibus. Non enim commendantur quia mentire sunt, sed propter misericordiam ex qua in mendacium inciderunt, & sic apparet in eis quaedam indoles, i. profectus uirtutis, non autem perfectio.

ARTICVLVS XV.

Vtrum oportet quod si aliquis intendat peccare mortaliter quod peccet propter hoc mortaliter.

CIRCA QUINTVM sic proceditur. Videtur quod non oportet quod si aliquis intendat peccare mortaliter, quod peccet propter hoc mortaliter. Deus enim prior est ad miserendum quam ad puniendum, ut habetur in glo. in prin. Hier sed si aliquis intendat peccare uenialiter, non sequitur quod propter hoc peccet uenialiter. ergo nec oportet quod qui intendit peccare mortaliter, quod propter hoc peccet mortaliter.

SED CONTRA. Quicumque intendit peccare mortaliter, facit contra conscientiam: sed omnis talis peccat mortaliter. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod improprie dicitur, quod aliquis intendat peccare mortaliter, aut uenialiter. Malum enim est praeter intentionem & uoluntatem, ut dicitur Dio. 4. c. de diu. no. Sed quod aliquos incedit facere aliquid, quod credit esse mortale peccatum, ex hoc dicitur quod intendit peccare mortaliter. Praedicta ergo quaestio nihil aliud quaerit, nisi si quare aliquis credens esse peccatum mortale quod facit, peccat mortaliter: non autem est necesse quod sit ueniale, si credat ueniale esse, ut si fornicationem credat esse ueniale peccatum, cuius quaestio de facili patet solutio: quia cum conscientia etiam erronea habeat uim ligandi ex hoc ipso quod contra conscientiam facit, mortaliter peccat. Error autem conscientiae quandoque habet uim absoluendi, siue excusandi, quando, si procedit ex ignorantia eius quod quis scire non potest, vel scire non tenetur. Et in tali casu quamuis factum de se sit mortale, tamen intendens peccare uenialiter, peccat uenialiter: sicut si aliquis intenderet accedere ad uxorem suam causa delectationis, & ita intenderet peccare uenialiter, si alia ei supponeretur eo nesciente, nihilominus uenialiter peccaret. Quandoque uero error conscientiae non habet uim absoluendi, vel excusandi, quando scilicet ipse error peccatum est, ut cum procedit ex ignorantia eius quod quis scire tenetur & potest, sicut si crederet fornicationem suam licitam esse peccatum ueniale, & tunc quamuis crederet peccare uenialiter, non tamen peccaret uenialiter, sed mortaliter.

¶ Et sic patet responsio ad obiecta.

QV AESTIO VII.

DE I N D E quaeritur de his quae pertinent ad poenam & gloriam.

¶ **1^o Et Primo**, De his quae pertinent ad poenam.

¶ **2^o Secundo**, De his quae pertinent ad gloriam.

¶ **3^o Circa poenam autem** quaerebatur.

¶ **1^o Primo**, De poena spirituali.

¶ **2^o Secundo**, De poena corporali damnatorum.

¶ **3^o Circa primum duo** quaerebantur.

¶ **1^o Primo**, Vtrum damnati uideant gloriam sancto-

Quodlib. S. Tho. H ium

rum, & post diem iudicij.

¶ Secundo Vtrum damnati uellent suos propinquos esse damnatos.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum damnati post diem iudicij uideant gloriam sanctorum.

¶ 1. or. 147.
4. di. 50. q. 2.
art. 2. q. 3. o.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod damnati post diem iudicij uideant gloriam sanctorum. Sicut enim se habet gloria ad miseriam, ita miseria ad gloriam: sed de perfectione gloria sanctorum est ut uideant miseriam damnatorum, ut habetur Isaia ult. Egre dientur, & uidebunt cadauera impiorum. ergo & de perfectione miseria damnatorum est, ut uideant gloriam sanctorum, & sic post diem iudicij quando in miseria perfecta erunt, uidebunt gloriam sanctorum.

¶ 2. Prat. Post diem iudicij nulla afflictio a danaris subtrahetur: sed nunc affliguntur damnati ad hoc quod uideant gloriam sanctorum, secundum illud Isa. 46. Videant, & confundantur zelantes populi. ergo & post diem iudicij gloriam sanctorum uidebunt.

SED CONTRA. Omnis delectationis materia damnatis post diem iudicij subtrahetur: sed uideant sanctorum gloriam est quedam materia delectationis. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod uidere gloriam beatorum dupliciter contingit. Vno modo, ut capiatur quid sit ipsa gloria, & qualis, & quanta, & sic nullus potest uidere gloriam, nisi qui est in gloria. Superat enim & desiderium, & intellectum eorum qui non sunt in ea. Hoc. n. est manna absconditum, & nomen nouum scriptum in calculo, quod nemo nouit, nisi qui accipit, ut habetur Apocal. 2. Alio modo contingit uidere gloriam beatorum, ut uideantur ipsi beati esse in quadam gloria inenarrabili & excedente intellectum. Et sic damnati ante diem iudicij uident gloriam sanctorum, non autem post diem iudicij, quia tunc erunt penitus a sanctorum consortio alienati, ut qui ad summum iam miseriam perueniunt, & ideo nec etiam sanctorum consortio digni habebuntur: nam uident, aliquod consortium habet cum eo quod uidet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uidere miseriam damnatorum omnino erit sanctis ad gloriam, gaudebunt. n. de iustitia Dei, & de sua euasione, secundum illud Pl. Latrabitur iustus cum uiderit uindictam: sed uidere sanctorum gloriam aliquid perfectionis importat, qua post diem iudicij damnati priuabuntur.

AD SECVDVM dicendum, quod damnati in inferno existentes post diem iudicij memores erunt gloriae sanctorum, quam ante iudicium & in iudicio uiderunt, & sic cognoscent nos esse in maxima gloria, quam uis non uideant ipsos beatos, nec eorum gloriam, & ita inuidia torquebuntur, & sic afflictio que est in eis nunc ex tali uisione, manebit uisione sublata, de quo et magis dolebunt uidentes se etiam uisione sanctorum indignos reputatos.

AD illud quod contra obijcitur, dicendum, quod uidere sanctorum gloriam non est materia delectationis, nisi secundum primum modum uisionis uideatur, qualiter a damnatis nunquam uidetur: sed secundo autem modo uidere, & non habere, est magis afflictionis causa propter inuidiam.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum damnati uellent suos propinquos esse damnatos.

4. di. 50. q. 2.
art. 2. q. 4. o.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod damnati non uellent suos propinquos esse damnatos.

Ros. Dicitur enim Luca decimosexto, quod dicitur in inferno damnatus petebat Lazarum mitti ad fratres suos, ut testaretur illis ne uenirent in locum tormentorum: petitio autem est uoluntatis designatio. ergo damnati non uolunt suos propinquos damnari.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 14. super illud. Surrexerunt de folijs suis, dicit gl. Solutio est damnatis socios habere sua pena: ergo ipsi uellent omnes esse damnatos.

RESPON. Dicendum, quod uitia spiritualia in damnatis committunt, quod significatur Ezech. 32. ubi dicitur de impijs, quod cum armis suis ad infernum descendunt, & ideo in eis perfecta inuidia est, ad quam prius dolere de bono alterius quod inuenit, & sic et uellet ocs pati malum quod ipse patit. Liberari. n. a malo, quoddam bonum est. Quod idem inuidia in aliquibus est in hac uita tantum inualefit, ut suis propinquis et inuidant de bonis que non habent ipsi. Vnde multo amplius damnati in uida stimulant uellet suos propinquos cum omnibus alijs esse damnatos, & dolebunt si sciant aliquos esse saluatos: sed tamen si non omnes debent damnari, sed aliqui seruari, magis uellent suos propinquos quam alios a damnatione liberari, quia in hoc etiam inuidia torquebuntur, si uideant saluari alios & suos damnari, & per hunc modum dicitur damnatus uolebat suorum damnationem.

H Et sic patet solutio ad obiecta.

QUESTIO VIII.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrum in inferno sit tantum pena ignis, uel etiam pena aque.

RESPON. Dicendum, quod de pena corporali damnatorum, utrum scilicet sit ibi tantum pena ignis, uel etiam pena aque, & uidetur quod sic per illud Job 24. de impijs. Transibunt ab aquis nium ad calorem nimum.

SED CONTRA. Omnis delectatio & refrigerium damnatis aufertur: sed non potest esse sine quodam refrigerio, quod aliquis afflicus calore ad frigus aqua transeat, uel e conuerso. ergo talis pena in alicuiusdam non erit in damnatis.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicit Basilus exponens illud psal. 28. Vox domini intercedentis &c. In fine mundi ignis diuidetur & alia elementa, & quicquid est in eis pulchrum & clarum remanebit superius ad gloriam beatorum: quod uero est in eis fetulentum & poenofum, descendet in infernum ad poenam damnatorum, & ita sax rotis creaturae in infernum colligetur, & erit danatis in poenam, & non solum patietur poenam ignis. Iustum est enim ut qui creatorem offenderunt, ab omni creatura puniantur. Vnde dicit sap. 5. quod orbis terrarum puniatur pro illo contra inferos.

Ad illud autem quod in contrarium obijcitur dicendum, quod ex huiusmodi uarietate penarum nullum erit in damnatis refrigerium. Ignis enim & aqua, & huiusmodi non agent in corpora damnatorum actione nature, ita quod relinquunt suas qualitates in corporibus damnatorum secundum esse nature, sicut ignis relinquit calorem in lignis que facit esse calida: alioquin cum contraria non possint esse simul in eodem, oporteret corpora damnatorum suas qualitates perdere, & sic transmutata natura or ganorum